Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



haecē; uisitare pupillos ac uiduas in tribulatio
ne eorū. & inmaculatū sē custodire ab hoc sēculo;
In eo namq; qđ pupillas ac uiduas in tribulatione
eorū uisitare praecepit. cuncta quae erga pro
ximos necesse habenter misericorditer agere
debemus ostendit; In eo uero qđ inmaculatos
nos ab hoc sēculo custodire admonet. uniuersa
in quib; nos ipsos caste uiuere oportet exprimit.
Quos duos cubitos bonae actionis. & dñs ipse men
se uerborū suorū in esse declarauit cum ait;
sint lumbi uri praecincti & lucernae uae ardentes.
Lumbi uidelicet praecincti. ut a contagione sēculi
huius p duremus in munde; Lucernae uero arden
tes. ut p opera misericordiae coram dño clari ful
geamus; Nam qđ sequitur; et uos similes ho
minib; exspectantib; dominū suū quando reuer
tatur a nuptiis, ad altitudinē eiusdē mensae.
hoc est ad spem futurae retributionis perueniat;
Quod uero mensa unū habet cubitū in latitudine.
unitatē ipsius dilectionis quā tota ab testa
mento ueteris & noui series commendat. figu
rate denuntiat; una quae est caritas. hoc est
simplex & pura mentis pietas. qua & dm & pro
ximos. & ipsos quoq; inimicos amare iubemur;